

quo & lege apud Forst. de success. lib. 6. c. 10. concl. 3. Matthesyllan.  
in tr. de success. 2. membr. 1. art. n. 4.

### XXXVII.

De altero casu, quomodo sc. Matri, ac per eam conjun-  
ctis succedant, non minus satis constat; ibi enim æquo Jure  
censentur cum legitimè natis, cum quibus simul vocantur,  
quamvis Covarruv. iniquitatis hanc successionem arguat, in  
secunda part. ad IV. Decretal. c. 8. §. 4. n. 15. Ita tamen cautum  
reperitur in §. novissimè Inst. ad SC. Orfic. ubi gloss. l. 2. ff. und.  
cogn. l. si qua illustri §. C. ad SC. Orfic. Neque in d. l. 5. exceptio-  
nem hoc casu esse animadvertimus, quam inibi contineri pu-  
tat Panormitan. ad c. cum haberet extr. de eo qui dux. in matrim.  
quam per adult. poll. nu. 11. quasi Matri naturali, Naturales non  
succederent extantibus legitimis. Ac miramur Panormitan.  
tam audacter pro sua opinione auctoritatem allegare Bartoli  
& gloss. in d. l. 5. cum tamen & Bart. cum gloss. apertè contra-  
rium dicant, subjicientes de spuris tantum, non Naturali-  
bus liberis eam legem accipiendam. Cum Bartoli sententia,  
quoque faciunt Matthesyllan. de success. 2. membr. 1. artic. ac  
Joann. Petr. Ferrar. Papiens. in pract. sua sub form. libell. de her.  
ab intest. n. 15. quamque communem dicit Angel. Aretin. ad §.  
novissimè Inst. ad SC. Orfic. idque apprimè hic notandum mo-  
nent. Adde præ reliquis ea quæ notavit Didac. Covarruv. in  
comment. 4. lib. decretal. c. 3. primæ part. n. 8. & 9. de jure natu-  
ral. liberorum: eos quoque dicit, nec in veteri testamento, sa-  
cerdotium nec primogenituræ jus nec hereditatem suscepisse.  
Tantum itaque de Naturalibus.

### XXXVIII.

Naturalium jam liberorum successionem excipere pla-  
cuit Jus naturalium & legitimorum simul, quos ehelich gebor.  
ne Kinder ad differentiam reliquorum dicere solemus. Hisce  
verò potiori adhuc Jure quam Naturalibus, parentum debe-  
tur successio, quibus quoque æqualiter succedunt.

### XXXIX.

Rem exactius perpendendo tres casus hinc distinguimus.

I. Si